

sit dimidium iusti precii. De isto ad presens non oportet immorari, cum sufficienter dictum est supra quomodo teneant leges de deceptione ultra dimidiam iusti precii statuentes. Et ibi vide<sup>513</sup>.

122. Dicit consequenter sic<sup>s</sup>: Item potest quis vendere ex certa condicione apposita aliqua bona multo minori precio quam [G, 139<sup>a</sup>] valeant communi estimacione. Probatur. *Extra, De fide instrumentorum, c. Cum Iohannes*<sup>514</sup>, ubi dicitur quod propter pactum adiectum quis vendit domum pro centum octuaginta libras<sup>t</sup> que alias valebat CC libras, id est propter hoc ut venditor posset eam inhabitare tempore vite sue.

123. Verum est, sed non continetur ibi quod in pacto fuisset deductum ut post mortem venditoris, pecunia capitalis redderetur emptori. Secundum contractum quem dicunt reempcionis, recipiunt pecuniam capitalem. Eciam in dicto c. *Cum Iohannes*, filii ipsius Petri venditoris habebant ius in re illa, scilicet domo, cum ipsi filii debebant illi Petro succedere, qui prodigus erat et consumebat bona sua. Unde, ne domus illa perveniret ad alios, voluit Iohannes providere nepotibus suis et emebat sic domum illam pro filiis illius Petri, nepotibus Iohannis, ut hec omnia ibi patent et maxime in glosa verbi *nepotibus*<sup>515</sup>. Et sic erat pocius vexacionis redemptio quam empcio.

124. Dicit idem: eciam communis consuetudo et estimacio est, iam prescripta eciam a centum annis, quod census, vel<sup>u</sup> ad reemendum, vel ad tempus, pro minori precio emitur quam alias simpliciter fieret. Que consuetudo legem inducit, ut habetur *Extra, De testamentis, Cum causam*, in glosa penultima, circa finem<sup>516</sup>, ubi dicitur quod *ex equalitate rei et quantitate reddituum*

<sup>s</sup> sic om. G

<sup>t</sup> Ici se termine le texte de F

<sup>u</sup> vel om. G

leximus. Quia vero in arbitrio emptoris est, si velit supplere iustum pretium, aut venditionem rescindere, quum res minus dimidia iusti precii comparatur: sententiam ipsam tanquam iuri contrariam irritantes, possessionem monachis iudicavimus esse redendam, salva *omni* quaestione canonicis super deceptione pretii, vel consensu capituli in venditione non habito, et alia causa rationabili, quam canonici contra monachos duxerint proponendam».

512. *Ibid.*, c. 6 (FRIEDBERG, II, 520): «INNOCENTIUS III: ... quum constitisset nobis, monasterium ipsum in *praedictarum rerum* venditione ultra dimidiam iusti pretii fuisse deceptum, sententiando decrevimus, ut praefati cives aut recepto pretio possessiones restituere memoratas, aut supplerent quantum constaret legitimae venditionis tempore iusto defuisse».

513. Cf. *supra*, I, p. 186.

514. Cf. *Decret. Greg. IX*, I, II, tit. XXII, c. 10 (FRIEDBERG, II, 350-351).

515. *Decret. Greg. cum glosis*, I, II, tit. XXII, c. 10 (CJCa, II, 780).

516. *Ibid.*, tit. XX, c. 42 (CJCa, II, 744).

probatur precium. Et ibidem dicitur quod licitum est contrahentibus se decipere usque ad dimidiam iusti precii, sed ultra non. Et in pluribus locis Extra, De empzione et vendicione, c. Cum dilecti<sup>517</sup> et c. v. Cum causa<sup>518</sup>.

125. Ecce quales rationes sive probaciones hic adducit doctor consuetudinis, prescripcionis et decepconis «usque ad dimidiam iusti precii». Et de natura cuiuslibet, scilicet consuetudinis, prescripcionis, etc. sufficienter dictum est supra. Et ideo pro presenti non est opus insistere. Et in c. Cum causa, hic per opponentem allegato, non dicitur quod ex equalitate rei [G, 140<sup>r</sup>] et quantitate reddituum probatur precium, sed ibi dicitur quod effrenata multitudo testium est per iudicem refrenanda<sup>519</sup>. Et sic dicit glosa ibidem quod hec multitudo consideratur secundum magnitudinem causarum et qualitatem personarum<sup>520</sup>. Supposito autem illo quod ita sit, ponatur quod sit aliquis in caritate, penis et suppliciis propter debitum trucidatus, vel sit aliquis debilis et senex, non potens victum querere. Illis ergo qualitibus rerum et personarum sic stantibus, de quibus LXXXVI di., Non satis<sup>521</sup>, et habeat talis pauper domum valens mille, dat ergo predictus opponens ei XXIII milia que dicuntur pauci, sicut dicitur in glosa predicti c. Cum causa<sup>522</sup> hic per ipsum allegati et XLV di. Disciplina<sup>523</sup> et non solum hoc faciat, sed etiam confringat vasa mistica ut captivos redimat. Exemplo

v et c. om. G

517. Cf. supra, n. 511.

518. Cf. supra, n. 512.

519. Il n'est pas question de témoins dans ce chapitre, mais bien à : *Decret. Greg. IX*, l. II, tit. XX, c. 37 (FRIEDBERG, II, 331): «INNOCENTIUS III: Volentes autem effrenatam multitudinem testium refrenari, volumus ut hic inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas».

520. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. II, tit. XX, c. 37 (CJCa, II, 735-736).

521. *DG*, pars 1a, dist. LXXXVI, c. 14 (FRIEDBERG, I, 300). Emprunté à AMBROSII *De officiis ministrorum*, l. I, c. XX, n° 143 (PL 16, 70): «Non satis est bene velle, sed etiam bene facere. Nec satis est iterum bene facere, nisi ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate profisciscatur. Item, §1. Perfecte liberalitas fidei, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, famem tollerare, erumpnam perpeti, qui presertim egere erubescit, si in causa ceciderit aut capitivitatatis suorum, aut calumpniae et non adiues, si sit in carcere, et penis et suppliciis et propter debitum aliquod iustus excrucietur, (nam etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius), si tempore suae afflictionis nichil a te impetret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri, non est leve peccatum».

522. Cf. supra, n. 512.

523. *DG*, pars 1a, dist. XLV, c. 9 (FRIEDBERG, I, 163). Le chapitre est un passage de GREGORII MAGNI *Moralium* l. XX, c. V, n° 14 (PL 76, 142-145) que Gratien résume en ces termes : «Disciplina non est servanda sine misericordia nec misericordia sine disciplina».

Repelle sup c Naviganti (5, 19, 19)  
Caldrini Regell. II, p. 193

245 2 224 V  
Cedra del 146

[D, 230<sup>b</sup>] beati AMBROSII, in *Decreto*, c. *Non satis*<sup>524</sup>. Sed forsitan non placet hoc oppositum scribenti, eo quod manus habeat erectas et extensas ad recipiendum, retractas autem ad dandum. Et ideo libenter acceptat qualitates que videntur sibi pro congregacione mammone iniquitatis et non illas que sunt ad communicandum cum proximo tempore necessitatis.

Reinhold (5, 19, 19)  
D. c.  
319, 5, 19  
Stem Lorenz  
de Hocking  
ref. h. t.

126. Dicit consequenter : Et si forte diceretur : illa valeant iure fori sed non iure poli, scilicet talis deceptio. Contra, IOHANNES CALDRINI, in comento decretalis *Naviganti*, *De usuris*, in solucione tercię opinionis, dicit quod non est credendum quod ius canonicum, quod a spiritu sancto processit, ut habetur L di., *Si quis dyaconus*, circa principium, § *Ecce manifeste*<sup>525</sup>, quod deceptioem, dolum vel sic malum approbaret<sup>526</sup>. Cum ergo ius canonicum id concedat, ut preallegatum est, constat non esse peccatum. Et ex hoc posset sic argui : Empecio valet cum deceptioe usque ad dimidiam iusti precii, vel hoc est ius, vel non. Si ius, habeo propositum. Ergo merito fit et iuste, nam ius est quod uni-[G, 140<sup>c</sup>] cuique tribuit quod suum est et *non peccant qui legis auctoritate peccant*, ut XXIII<sup>a</sup>, q. IIII, c. *Qui peccat*<sup>527</sup>. Si autem dicis quod non sit ius, habeo propositum te errare nec debite credere, quia non credis quod ipsa possit statuere, vel eius constitucio irrita est, vel peccatum, quod nullus dicit de iure fori et poli.

Paulo...  
Stem Lorenz  
de Hocking  
ref. h. t. 736  
Alvares

127. Quantum ad concordanciam et repugnanciam ipsorum et in quibus casibus, competenter dictum est supra<sup>528</sup> et ibi vide. Item dicendum quod sacri canones sunt qui ex autoritatibus novi et veteris testamenti processerunt, ut patet in c. *Qualiter*<sup>529</sup> et qu. II, *Extra*, *De accusacionibus*<sup>530</sup>. Et illud ius concedendum est, cum IOHANNE CALDRINI, a spiritu sancto processisse et quod secundum illud ius fit, iuste fit et, secundum illud faciendo, non contingit perperam errare vel peccare. Aliud est ius humanum, sive huma-

524. Cf. *supra*, n. 521.

525. *Non inveni.*

526. *DG*, pars 1a, dist. L, c. 29 (FRIEDBERG, I, 190) : « HORMISDAS PAPA : Ecce manifeste constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto Spiritu suggerente conscriptos ... ».

527. *DG*, pars 2a, causa XXIII, q. IV, c. 40 (FRIEDBERG, I, 920-921). Emprunté à AUGUSTINI *Contra litteras Petiliani*, l. II, c. LXXIX, n° 176 (PL 43, 313).

528. Cf. *supra*, I, pp. 186-192.

529. Le texte cité (*DG*, pars 2a, causa VII, q. I, c. 13 : FRIEDBERG, I, 571-572) n'a rien à voir avec la question.

530. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. V, tit. I, c. 24 (CJCa, II, 1596-1597) : « INNOCENTIUS III in concilio generali : Qualiter et quando debet praelatus procedere ad inquirendum et puniendum subditorum excessus, ex auctoritate novi et veteris testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonice sanctiones ... ». Cf. glosam, *ibid.*, col. 1595.

quibus et p...  
\_\_\_\_\_

elle ap. 24  
5-1-25

dist. di in...  
dist. di in...  
munt...  
app...  
con...  
conf...  
Fret. 27

nitus inventum et non omne quod secundum illud fit, iuste fit. Et de isto, similiter de dispensacione, ipse vide supra<sup>531</sup> et de eius potestate quod nec ipse nec aliquis mortalium valeat dispensare contra canonicam scripturam, que est novum et vetus testamentum, ut patet VIII<sup>a</sup> di. in Summa<sup>532</sup>, nec contra ius naturale quod in lege et ewangelio continetur. Vide copiose ubi dictum est *De communione calicis*, circa quintam conclusionem, ubi ponitur numerus vigesimus<sup>533</sup>. Est enim maior auctoritas veteris et novi testamenti, quam sanctorum patrum, ut patet in glosa c. IX, di. VIII<sup>a</sup><sup>534</sup>, nec sufficit dicere: ita statutum (est) nisi causa statuti assignetur, ut XII<sup>a</sup> di., Omnia, in glosa<sup>535</sup>, quia quod ratione caret, extirpandum est, LXVIII di., Corepiscopi<sup>536</sup>, ubi sumitur argumentum quod a quocumque auctore aliquid sit institutum et quantumcumque diu observatum, si non subest causa vel si est onerosum, extirpandum est, quia iugum domini suave est et onus eius leve. Matth., XI<sup>537</sup>. Ex hiis et similibus potest pateré quomodo papa potest statuere et quod me-[C. 141]retur dici ius canonicum non admittens deceptionem neque dolum.

128. Consequenter et ultimo dicit idem in scriptis suis: Item dicunt doctores quod qui rem prescribit cum bona fide alienam, tamen non tenetur ad restitutionem licet postea percipiat non fuisse suam, quia auctoritate iuris sua est et secundum utrumque possidet. Ergo necessarie possidet, si iure. Ergo bene et non male. Sic hic qui secundum ius emit, ergo iuste et bene. Sic dicit IOHANNES ANDREE, *De regulis iuris*, li<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>, Possessor, ultima questio<sup>538</sup>, quod aut opinio theologorum est falsa aut iura huiusmodi prescripcionem inducencia sunt tolleranda. Item dictum concludit in ecclesia dei maculam et rugam repperiri, quod est contra textum c. Quamvis, XXI di.<sup>539</sup>, et dicunt ipsum peccatum concedere, quod utique semper prohibet. Unde male loquuntur. *De prescripcionibus*<sup>x</sup>, c. finali<sup>540</sup>. Si enim dicunt quod illud bene tenet iure fori et secundum ius canonicum, ergo iudex iudicat secundum hoc rem non restituendam, et non tenet iure poli in iure

<sup>w</sup> observatum corr. obtentum

<sup>x</sup> prescripcionibus corr. prescripcione

531. Cf. supra, n. 525 et 526.

532. DG, pars 1a, dist. VIII (FRIEDBERG, I, 12-16).

533. NICOLAI DE DRESDA *Sermo ad clerum de materia sanguinis*. Inédit.

534. DG cum glosis, col. 26.

535. Ibid., col. 46.

536. DG, pars 1a, dist. LXVIII, c. 5 (FRIEDBERG, I, 255).

537. Matth. 11, 30.

538. Non inveni. VI, *regula iuris*, II.

539. DG, pars 1a, dist. XXI, c. 3 (FRIEDBERG, I, 70): «GELASIUS, PAPA: ... Est ergo prima apostoli Petri sedes Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi».

540. Cf. supra, n. 345.

*Handwritten notes:*  
 - Top left: "quis vincit de 9. c. 3" (circled)  
 - Top center: "Carnubus" (circled)  
 - Top right: "non debet..."  
 - Middle left: "Nolo... de 9. c. 3"  
 - Middle right: "glosa..."  
 - Bottom left: "2, 26, 20"  
 - Bottom center: "no! E A pleya..."  
 - Bottom right: "regula..."  
 - Far right: "supra..."

divino, ergo confessor mandat restitutionem et sic fieret delusio ecclesie. Et quod iudex mandat secundum ius servare, confessor insurgit in scandalum ecclesie et statutorum papalium. Cum contrarium nequaquam est sciendum, et plura possent adduci ad presentem materiam, sed propter brevitatem obmitto hec dicta eius de quo sepius supra.

129. Pro quo notandum quod iuste possidere uno modo dicit iusticiam permissionis sive legis humane, non inducens nisi felicitatem politicam, que est tranquillus et pacificus status civitatis in vita ista mortali. De illa dicit AUGUSTINUS, libro primo, *De arbitrio: lex ista que regendis civitatibus fertur, multa mala concedit impunita atque relinquit que per divinam providenciam vindicantur*<sup>541</sup>. Sicut lex permittit meretrices in civitatibus ne res publica, propter imperfectionem multitudinis, que castitatem observare non potest, dissensionibus que propter libidinem insurgerent, conturbetur. Unde id in libro *De ordine* dicit: *Aufer meretrices a civitatibus et omnia turbabis libidine*<sup>542</sup>. Sic iudeis permissum fuit dare libellum repudii ob duriciam cordis eorum, ne uxores interficerent, ut *Deuteronomio*, XXIII<sup>543</sup>, et permissum fuit eis tradere ad usuram extraneis, ne fratres proprios gravarent, ut ibi, XXIII<sup>544</sup>. Sic Ephesinus, solum propter vitandam miserorum segniciam et longi [D, 230<sup>v</sup>] temporis errorem et confusionem, ne scilicet dominia rerum essent incerta, ut *Digesta, De usura*, lege I<sup>545</sup> et *Instit.*, c. II in principio<sup>546</sup>; primus tergenali vel quadragenali prescripcionem vigorem legis imposuit, ut *Extra, De prescripcionibus, Vigilanti*<sup>547</sup>, et secundum illam iusticiam dicitur *qui auctore, pretore, possidet, iuste possidet*, ut *Digesta, De acquirenda possessione iuste*<sup>548</sup>, et *illud conditor canonis vel legis potest michi dare rem alienam, et tutus ero. Digesta, De eviccionibus*<sup>549</sup>. Et talis iusticia excusat a pena temporalis, non autem eterna, quia quoad deum sibi hec alle-

<sup>y</sup> De eviccionibus corr. De evic. lucius

541. AUGUSTINI *De libero arbitrio*, l. I, c. V, n° 13 (PL 32, 1228). ~

542. AUGUSTINI *De ordine*, l. I, c. 4 (PL 32, 1000).

543. *Deuter.* 24, 1: «Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii, et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua».

544. *Ibid.* 23, 19: «Non foenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno».

545. *Digestorum* l. XXII, tit. I, lex 1 (CJCI, I, 320): «I PAPIANUS, libro secundo quaestionum. Cum iudicio bonae fidei disceptatur, arbitrio iudicis usurarum modus ex more regionis ubi contractum est constituitur, ita tamen ut legi non offendant».

546. *Institutionum* l. I, tit. II, lex 1 (CJCI, I, 1): «Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae in coelo, quae in terra, quae in mari nascuntur».

547. Cf. *supra*, n. 344.

548. *Digestorum* l. XLI, tit. II, lex II, § I (CJCI, I, 699).

549. Cf. *supra*, n. 347.

1084  
229  
20

un ce  
de Gro ed  
de plessa bene ad  
dumioqui ont  
26, 5  
X. 2, 26, 5.

Arcepl  
I, 385  
Arcepl  
I, 384

quod habere - lib. II tit. VI  
de usucapionibus et longi  
temporis possessionibus  
qui bona fide ab  
eo qui ab invicem  
non habere causa contumacia fuerunt  
in reorum ab invicem  
merito sunt

gacio non valebit, ubi iudicabitur *eo teste quo iudice*, IX<sup>a</sup>, q. III<sup>a</sup>, *Aliorum hominum*<sup>550</sup>, quia tunc non exiet quis inde donec reddat novissimum quadrantem. *Matth.*, V<sup>551</sup>. Et de isto dic sicut dictum est supra, *De dispensacione et consuetudine*<sup>552</sup>. Alio modo iuste possidere est bene et non male possidere. *Quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet qui, vel suis male utitur, vel aliena presumit*, ut *Extra, De verborum significacione, Ius*<sup>553</sup>. Et secundum hoc, nulla valet prescripcio canonica vel civilis que sine mortali peccato observari non potest. Et de isto dictum est supra copiose, de materia prescripcionis<sup>554</sup>. [G, 142<sup>r</sup>] Et quoad ius divinum, talem rem retinere non potest, ut XIII<sup>a</sup>, q. VI<sup>a</sup>, c. 1<sup>o</sup>, ubi dicit AUGUSTINUS: Si res aliena... reddi possit et non redditur, et<sup>2</sup> penitencia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et sequitur: *Illud vero fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit, ne mala ablata restituat et qui ad se confugientem, quantum honeste potest, ad reddendum non compellit, socium esse fraudis et criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus quam impendamus. Non enim opere fert qui ad peccandum adiuvat, ac non potius adiuvat sed obviat, subvertendo atque opprimendo*<sup>555</sup>. Et idem, XXXV<sup>a</sup>, q. III<sup>a</sup>, sic inquit: Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat et numquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam ex hoc adultera esse incepit, ex quo cum alieno sciens cubaverit, sicut in iure prediorum. Tandiu quisque bone fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum; cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur. Hec AUGUSTINUS<sup>556</sup>. Planum est enim quod nec verbum ociosum, nec aliquid coinquinatum intrabit in eam. *Apok.*, ultimo<sup>557</sup>. Eciam usque ad reddicionem ultimi quadrantis, ut supra<sup>558</sup>. Secundum hoc, ergo, iudicium consulendum est, scilicet divinum iudicium, cum *ecclesia* divinum debet imitari iudicium quantum potest, XI<sup>a</sup>, q. III<sup>a</sup>, *Tunc vera est*<sup>559</sup>,

36  
1.5

vet.  
Pancoda  
42 v. 6

Scholte II, 269  
= et om. G

Han. Bohich - 4c 5, 3928 (p. 131P)

(Scholte II, 269 =

45 p. 1015 utrum ecclesia possit vocari ...

Eggen Berant  
vol 5, 3928  
et volere et iudicari

- 550. DG, pars 2a, causa IX, q. III, c. 14 (FRIEDBERG, I, 610).
- 551. *Matth.* 5, 26.
- 552. Cf. *supra*, I, pp. 200-201, 205-206, 208-209.
- 553. *Decret. Greg. IX*, l. V, tit. XL, c. 12 (FRIEDBERG, II, 915). Emprunté à ISIDORI *Etymologiarum* l. V, c. XXV, n° 3 (PL 132, 207).
- 554. Cf. *supra*, II, pp. 195-196.
- 555. DG, pars 2a, causa XIV, q. VI, c. 1 (FRIEDBERG, I, 742-743). Emprunté à AUGUSTINI *Ep. CLIII, ad Macedonium*, c. VI, n°s 20 et 21 (PL 33, 662 et 662-663).
- 556. DG, pars 2a, causa XXXIV, q. I et II, c. 5 (FRIEDBERG, I, 1259). Emprunté à AUGUSTINI *De fide et operibus*, l. un., c. VII, n° 10 (PL 40, 203).
- 557. *Apoc.* 21, 27.
- 558. Cf. *supra*, n. 551.
- 559. DG, pars 2a, causa XI, q. III, c. 62 (FRIEDBERG, I, 660). Emprunté à GREGORII MAGNI *XL Homiliarum in Evangelia* l. II, hom. XXVI, n° 6 (PL 76,

vet. Pancoda regie 2786, 2788, 2794, 2796, 2860

p. 167



nulle decret =

Nov. 4. 12. 13. 11714

non obstantibus statutis humanis cuiuscumque, in quibus est sepe pro ratione voluntas, et contingit falli et fallere, ut Extra, De sententia excommunicationis, A nobis<sup>560</sup>. //

noni p. 1  
c. 10

130. Ex hiis potest breviter apparere de istis censibus ad reemendum: an sint liciti vel non, et cum hoc quomodo responderi potest ad in contrarium posita et de aliis multis incidentaliter tactis. Nichil-[G, 142]ominus tamen multi sunt adhuc contractus particulares sive speciales, ad quos omnes difficile, ymmo michi impossibile est una communi visione respondere. Quapropter mallem audire quam dicere vel saltem ore ad os in casto proposito audacius loqui. Hec autem ad tempus dicta sufficiunt.

Explicit tractatus magistri NICOLAI DE DRESDA, tractans de usura.

Saint-Germain-en-Laye.

Paul DE VOOHT.

lex  
decret  
p. III  
c. 28

C. iudicium autem calumnie non in opinionem  
reputatur quam et fallit  
contingit et fallit >>

perre Beati et c. 10 prononem >>  
C Et ideo deo fallit >>

[deve in p. de elaboratione  
p. de in hollis?]  
de deo in p. de  
C iudicium autem calumnie  
reputatur quam opinionem  
fallit sententia contingit  
et fallit

1200): «Tunc vera est absolutio presidentis, cum interni sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quadruidani mortui resuscitatio illa significat, que videlicet demonstrat, quia Dominus prius mortuum suscitavit et vivificavit, dicens: Lazare, veni foras, et postmodum is, qui fuerat egressus a discipulis est solutus, sicut scriptum est».

560. Decret. Greg. IX, l. V, tit. XXXIX, c. 21 (FRIEDBERG, II, 896): «CLEMENS III: A nobis fuit ex parte tua quaesitum utrum si quis ita pronunciaverit: «quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit», haec generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius. Ad quod utique dicimus quod haec sententia non nisi subditi obligantur, nisi forte plus ei contulerit maior et largior auctoritas delegantis».

Veritas:  
b. 11, 89, 28  
& nobis  
p. III  
b. 11, 89, 28

III G P 28

Explicit tractatus magistri Nicolai  
de Dresda tractans de usura